

## Aduertencias para

commisferunt, possunt absoluere omnes Religiosos, & volentes suum Ordinem intrare ab omnibus Excommunicationibus, Sententijs, Censuris, & peccatis, etiam à casibus reseruatjs, exceptis de Cœna Dñi. &c. quando ad eos pro cōfessionibus audiēdis recurrerint, &c. Hoc priuilegium cōcessit Clem. 7. anno. 1530 Prouinciali Ordinis Predicatorum Prouincie Sancte Crucis de la Española. Et hoc Priuilegio gaudent omnes Prouinciales, ac Vicarij Prouinciarum absentibus Prouincialibus, & quibus ipsi specialiter, & expressē commiserint, & in quocunq; loco, quaruncunq; Prouinciarum Ordinum Mendicantiū, in toto orbe existentes vti possunt, quia in dicto priuilegio nulla expressatur ratio particularis, que mouit Papā ad hoc concedendum, & sic vbiq; militat eadē ratio & causa. Hoc est singulare priuilegium pro Nouitijs, vel pro illis qui irretiti sunt Excommunicatione, vel Suspensione a iudice particulariter in eos promulgata, & Ordinem intrant, & virtute huius priuilegij possint absolui, quia concessis casibus & censuris Papæ reseruatis: conceduntur alię censure inferiores. Et aduerte quòd absoluti virtute huius concessionis, nō reincident, dato  
ordi-